Año 45 Miércoles 1.º de Junio de 1898 Núm. 11

†

# BOLETÍN ECLESIÁSTICO

DEL

# OBISPADO DE SALAMANCA

**SUMARIO**

I. Real cédula de *Ruego y Encargo* y exhortación del Rmo. Prelado.—II. Resoluciones: de la Sag. Cong. de Obispos y Regulares, *relate ad delicta in causis crimin. Clericor*.—De la S. R. Univ. Inquisición: *a) Circa matrimonia liberorum pensatorum*, etc... *qui christiana officia adimplere recusant; b) de membris humanis amputatis sepeliendis; c)* cómo se ha de entender la palabra *potus* en las dispensas referentes al ayuno natural; *d)* sobre la facultad concedida á los Obispos para dispensar del ayuno y la abstinencia en los días de mayor solemnidad.—III. *Collatio moralis et de re liturgica pro mense Junii*.—IV. Circular aclaratoria á las Instrucciones dadas por la Junta central para la subscripción nacional.—V. Bibliografía.—VI. Necrología.

## REAL CÉDULA DE RUEGO Y ENCARGO

### EL REY, Y EN SU NOMBRE LA REINA REGENTE DEL REINO

Muy Reverendos en Cristo, Padres Arzobispos, Reverendos Obispos y Vicarios Capitulares de las Iglesias de esta Monarquía.

Una explosión desapoderada de pasiones, contra la cual alza su voz la moral ultrajada y los principios que rigen el concierto universal de los pueblos cultos, ha traído so-

Universidad Pontificia de Salamanca

bre España las amarguras de una guerra, tanto más funesta cuanto más procaz y desenfrenado es el enemigo que se ha atrevido á atentar á la integridad de nuestro territorio, lastimando los sentimientos más puros del honor nacional.

Si la entereza propia de la probada Nación española no rehuye sacrificios de todo género en la cruenta lucha á que se la fuerza, no olvida tampoco que sólo Dios es árbitro de otorgar la victoria y de conceder, en caso adverso, la serenidad de ánimo con que el valor arrostra siempre las duras pruebas de la desgracia.

Para impetrar y conseguir el favor de Dios en los tristes presentes días, pidiéndole guíe á la victoria los valientes ejércitos de mar y tierra y conceda á la patria nueva era de venturosa paz, he acordado expedir esta Real Cédula por la cual os ruego y encargo ordenéis, en la forma que os dicte vuestro religioso celo, se hagan rogativas en las iglesias dependientes de vuestra jurisdicción, á fin de alcanzar del Altísimo los auxilios de su gracia en favor de la Nación española.

Y del recibo de la presente, y de lo que en su vista resolváis, daréis aviso al infrascrito Ministro de Gracia y Justicia.

Dada en Palacio á nueve de Mayo de mil ochocientos noventa y ocho.

YO LA REINA REGENTE.

*El Ministro de Gracia y Justicia,*
ALEJANDRO GROIZARD.

*Al Sr. Obispo de Salamanca.*

---

Abundando nuestro corazón en los mismos elevados piadosos sentimientos que informan el anterior documen-

Universidad Pontificia de Salamanca

to, que recibimos con todos los respetos merecidos, no hemos de dejar de exhortaros nuevamente, amadísimos diocesanos, á que continuéis elevando vuestras plegarias al Dios de las clemencias, para que la tenga de nuestra nación tan querida como desventurada.

Testimonio elocuente de vuestra fe y religiosidad dísteis en la imponente devotísima procesión de rogativas, que no há largo rato recorrió las calles de esta ciudad para pedir al cielo, por mediación de nuestros amados y santos patronos, días de paz venturosa que sucedan á los luctuosos que afligen á la patria.

Nuestras oraciones, nuestras obras de expiación y sacrifición no deben de cesar hasta que consigamos tener propicio al Dios de la justicia que nos prueba con la adversidad y el infortunio; al padre que nos castiga con mano severa para nuestro aviso y enmienda, pero que en sus entrañas compasivas se dejará vencer de nuestras súplicas contínuas y fervorosas, con las que le promotemos la enmienda de nuestros yerros y deslealtades.

Ocasión propicia se nos presenta para suplicar al Señor, en el mes que va á comenzar, consagrado al Sacratísimo Corazón de Jesús, que nos mire cobijados bajo ese corazón adorable, que con tan generosa é infinita caridad nos ama, con cuya sangre preciosa nos ha redimido, y que desea ardientemente reinar en el mundo y con más predilección en España.

Y si conseguimos que el corazón del amantísimo Jesús reine é impere en nuestras costumbres, en nuestros códigos, en nuestra vida pública y privada, en el hogar doméstico y en todas las esferas sociales, volviendo á la observancia extricta de los Mandamientos de Dios y de su Iglesia Santa, singularmente los que parece se tienen más olvidados, lo mismo en las grandes ciudades que en las

Universidad Pontificia de Salamanca

pequeñas aldeas, es decir, el respeto con que deben nuestros labios pronunciar el nombre sacrosanto de Dios, sin profanarle horriblemente con la blasfemia abominable, y la santificación de los días festivos, seguros podemos estar que tendremos de nuestra parte al Dios de la misericordia, *el Dios de la fortaleza y el poderío, el Dios poderoso en las batallas. ¿Et si Deus pro nobis, qui contra nos?*

Sabéis también, amadísimos diocesanos, cómo Dios se complace en escuchar nuestras súplicas cuando se las dirigimos por mediación de aquellos siervos suyos, hoy cortesanos de la gloria, que tanto en el mundo se afanaron por extender y arraigar el reinado de Jesucristo en las almas, y por santificar á éstas, salvando al mismo tiempo la suya propia.

El gran taumaturgo San Antonio de Padua y nuestro Patrono bendecido San Juan de Sahagún, Ángel de la Paz, cuyas festividades celebra la Iglesia en los próximos días, han de ser para vosotros los especiales medianeros ante Dios nuestro Señor, de las plegarias que elevéis por nuestra amada patria.

De un modo singularísimo os recomendamos que continuéis manifestando vuestra devoción y amor á la Virgen Santísima. Y ocasión es ésta de que os manifestemos la complacencia que nos han causado los cultos consagrados en esta ciudad por una gran parte de la clase más modesta, las piadosas mujeres de las antiguas feligresías de Santo Tomás y San Román, á la Madre de Dios y Reina de los cielos bajo las hermosas advocaciones de *la Virgen del Pilar* y *Nuestra Señora de las Victorias*.

Ni hemos de ocultar tampoco con cuánto consuelo de nuestra alma hemos contemplado á la Salamanca católica á los piés de Jesús Sacramentado, en el ejercicio de la *hora santa*, al propio tiempo que se dedicaban cultos solemnísi-

Universidad Pontificia de Salamanca

mos á la Reina de los cielos y Madre del Amor Hermoso. Plácemes sinceros también á las almas devotas que asisten todos los días á la misa que en nuestra Catedral se dice ante la veneranda y devota efigie del *Santo Cristo de las Batallas* y acuden por la tarde á la iglesia de los PP. Carmelitas á ponerse bajo la protección de la Virgen del Carmen.

Estos, amadísimos diocesanos, son los caminos seguros de agradar á Dios y tornarle propicio á nuestras súplicas. Para estimularos á que lo continuéis sin desmayo y con la esperanza alentadora que da la perseverancia, venimos en disponer:

1.° La celebración de otra solemne rogativa en la ciudad, para la cual nos pondremos de acuerdo con el ilustrísimo Cabildo, é invitaremos á las autoridades de la población.

2.° En igual forma los párrocos de los pueblos tendrán también cada mes, durante las actuales circunstancias, un día de rogativas, á las que invitarán á las autoridades locales.

3.° Que se observe en todo su rigor nuestra Circular de 14 de Septiembre de 1896, en la que se ordena el ejercicio que en los primeros domingos de mes ha de celebrarse en todas las parroquias, según lo acordado por los Reverendísimos Prelados que asistieron al Congreso Eucarístico de Lugo.

Salamanca 28 de Mayo de 1898.

† EL OBISPO DE SALAMANCA.

Universidad Pontificia de Salamanca

# E SACRA CONGREGATIONE EPISCOPORUM
## ET REGULARIUM

### Utrum et qualis praescriptio admittenda sit relate ad delicta in causis criminalibus Clericorum.

*Illustrissime et Rme Domine uti Frater.*

Litterae Amplitudinis Tuae die 16 Junii 1894 datae ad obtinendam authenticam solutionem nonnullorum dubiorum circa praescriptionem delictorum carnis in causis criminalibus Clericorum, remissae fuerunt ad hanc Sacram Congregationem Negotiis et Consultationibus Episcoporum et Regularium praepositam, ad hoc, ut ea, qua ipsa pollet, competentia in re criminali Clericorum, quid in proposita quaestione sentiendum decerneret. Omnibus sedulo perpensis, Emi Patres in Comitiis habitis die 4 Martii 1898 haec retinenda censuerunt: traslatitii scilicet juris esse, in causis criminalibus ecclesiasticis locum habere praescriptionem, et quidem nedum quando judex procedit ad instantiam privati accusatoris, sed et quando ad vindictam publicam seu ex officio inquirit; hujus vero praescriptionis eum proprium effectum esse *ut solam perimat actionem poenalem*, siquidem per accusatum seu inquisitum, aut per ejus procuratorem expresse de praescriptione in judicio oppositum fuerit.

Exinde facile est deprehendere, integrum tum accusandi tum inquirendi jus manere usquedum expresse non opponatur praescriptio, et omnino tenere judicium si eadem opposita minime fuerit.

Quod si in judicium praescriptio deducta fuerit et legi-

Universidad Pontificia de Salamanca

tima recognoscatur, tunc perimit quidem actionem criminalem, at non civilem, quae forte ex eodem delicto promanat; et hinc, non obstante praescriptione, reum manere obnoxium omnibus effectibus canonicis non criminalibus ex patrato delicto provenientibus, manifesti juris est. Immo licet praescriptione actio poenalis extinguatur, non tamen tollitur exceptio, quae perpetuo manet, juxta juris effatum: «Temporalia ad agendum, perpetua sunt ad excipiendum»; ideoque delictum illud, etsi praescriptum, potest reo semper opponi per modum exceptionis, eique obest, si ad ecclesiasticas provisiones concurrere vellet.

Quod autem spectat ad tempus necessarium ad dictam praescriptionem inducendam, regula generalis est, actionem injuriarum spatio unius anni; crimen peculatus et delicta carnis spatio quinque annorum; caetera vero crimina spatio viginti annorum a die commissi delicti continuorum praescribi. Verumtamen si agatur de delictis, quae successiva sunt et permanentia, in his nulla praescriptio locum habet nisi a die cessantis delicti; quemadmodum si delictum fuerit *totaliter* occultum, praescriptionem non a die commissi criminis, sed a die scientiae accusatoris vel inquisitoris currere placet.

Illud demum haud praetereundum est, quod criminibus raptus, stupri per vim illati, et adulterii cum incestu conjuncti, nonnisi lapsu viginti annorum praescribatur; criminibus vero suppositi partus parricidii, assassinii, laesae majestatis, duelli, falsae monetae, apostatatus, haeresis, simoniae, concussionis, abortus et sodomiae, nullo umquam tempore praescribatur, sed perpetuo horum criminum rei, dum vivunt, accusari et inquiri possunt.

Quibus omnibus SSmo Domino Nostro Relati, in audientia habita ab infrascripto Cardinali Praefecto die 21 Mar-

Universidad Pontificia de Salamanca

tii an. 1898, Sanctitas Sua sententiam Eminentissimorum Patrum approbare dignata est.

Haec significanda habui Amplitudini Tuae, cui fausta et prospera omnia a Deo adprecor.

Romae, die 22 Martii 1898.—SERAPH. CARD. VANNUTELLI, *Praef.*—L. ✠ S.—A. TROMBETTA, *Secret.*

# E S. R. UNIV. INQUISITIONE

## I

**Circa matrimonia liberorum pensatorum, sectariorum et catholicorum qui christiana officia adimplere recusant.**

*Feria III, loco IV, die 25 Maji 1897.*

In Relatione Status Ecclesiae Tabascensis, exhibita S. Congregationi Concilii die 27 Novembris 1896, sequens legitur sub num. I *Postulatum:*

«His in Regionibus frequenter occurrit ut viri impii, vulgo *liberi pensatores*, matrimonium inire cupientes cum mulieribus catholicis, praeviam confessionem facere renuant, eo quod, ut explicite fatentur, fidem Sacramenti Poenitentiae corde incredulo rejecerunt et totam fidem negaverunt. Peto an hi, infidelibus deteriores, debeant aut possint admitti ad contrahendum matrimonium, cum magno mulieris catholicae et familiae detrimento et periculo».

Cum hoc Postulatum transmissum fuerit ad hanc Supremam S. R. et U. Inquisitionem, in Congregatione Generali habita ab EEmis et RRmis DD. Cardinalibus Generalibus Inquisitoribus, proposito suprascripto dubio, praehabitoque RR. DD. Consultorum voto, iidem EEmi ac RRmi DDni responderi mandarunt:

Universidad Pontificia de Salamanca

*Supplicandum SSmo. ut in Decreto Feriae IV, die 30 Januarii 1867.*

Feria vero IV die 26 ejusdem mensis SSmus. per facultates Emo Cardinali S. R. et U. Inquisitionis Secretario concessas, benigne annuit pro gratia.

Porro citatum Decretum fer. IV diei 30 Januarii 1867 sic se habet:

I. «Quid agendum quando vir baptizatus, sed apostasiam a fide verbis et corde profitens, asserensque nominatim se non credere Sacramentis Ecclesiae, petit matrimonium coram ejusdem Ecclesiae facie, unice ut desiderio sponsae satisfaciat?»

II. «Quid si idem vir petit sectae condemnatae muratorum vel simili addictus, qui licet fidem non omnino amiserit, sectae tamen debite renunciare recusat?»

III. «Quid si idem postulat vir, qui fidem non abjecit, sed eam profiteri, officiaque christiana adimplere abnuit?»

Responsum fuit: Ad I. «Quoties agatur de matrimonio inter unam partem catholicam et alteram quae a fide ita defecit, ut alicui falsae religioni vel sectae sese adscripserit, requirendam esse consuetam et necessariam dispensationem cum solitis ac notis praescriptionibus et clausulis. Quod si agatur de matrimonio inter unam partem catholicam et alteram quae fidem adjecit, at nulli falsae religioni vel haereticae sectae sese adscripsit, quando parochus nullo modo potest hujusmodi matrimonium impedire (ad quod totis viribus incumbere tenetur) et prudenter timet ne ex denegata matrimonio adsistentia grave scandalum vel damnum oriatur, rem deferendam esse ad R. P. D. Episcopum, qui, sicut ei opportuna nunc facultas tribuitur, inspectis omnibus casus adjunctis, permittere poterit ut parochus matrimonio passive intersit tamquam testis *au-*

Universidad Pontificia de Salamanca

*thorizabilis*, dummodo cautum omnino sit catholicae educationi universae prolis aliisque similibus conditionibus».

Ad II. «Dandum esse Decretum diei 28 Junii 1865, quod est hujusmodi: *Quoad matrimonia, in quibus una contrahentium pars clandestinis aggregationibus per Pontificias Constitutiones damnatas adhaeret, dummodo absit scandalum, Ordinarius, habita circumstantiarum ratione pro casibus particularibus, ea decernat quae magis expedire judicaverit*».

Ad III. «Consultet probatos Auctores, et praesertim Benedictum XIV *De Synodo Dioeces.*, l. VIII, cap. XIV, n. 5».

I. C. Mancini, *S. R. et U. Inquis. Not.*

---

II

## De membris humanis amputatis sepeliendis

*Beatissime Pater:*

Superiorissa Generalis *Sororum a Matre Dolorosa*, quarum Domus matrix Romae extat, devotissime exponit, in Hospitalibus Congregationis, quae in America Septentrionali extant, singulis hebdomadibus evenire ut unius vel alterius aegroti brachium seu crus amputetur. Sorores adhuc bona fide ejusmodi membra recisa sive in terra profana sepelierunt, sive, suadente medico, igne combusserunt. Quum vero humilis Oratrix ansia haereat, num Sorores in hac parte recte egerint, devotissime quaerit, utrum ejusmodi agendi ratio etiam in futuro prosequi possit vel non: sive agatur de aegrotis catholicis, sive de acatholicis seu infidelibus. Juvat forsan adnotare ejusmodi membrorum sepulturam in aliquo coemeterio saepissime moraliter et haud semel physice impossibilem evadere.

Et Deus etc.

Universidad Pontificia de Salamanca

*Feria III, loco IV, die 3 Augusti 1897.*

In Congregatione Generali S. R. et U. Inquisitionis habita ab EEmis et RR. DD. Cardinalibus in rebus fidei et morum Generalibus Inquisitoribus, propositis suprascriptis precibus, praehabitoque RR. DD. Consultorum voto, iidem EE. ac RR. Patres rescribendum mandarunt:

*Quoad membra amputata acatholicorum, Sorores praxim suam tuto servare possunt. Quoad membra amputata fidelium baptizatorum, pro viribus curent ut in loco sacro sepeliantur. Sin vero graves obstant difficultates quominus in loco sacro condi possint, circa praxim hucusque servatam non sunt inquietandae. Quoad membrorum combustionem praecipientibus medicis, prudenter dissimulent et obediant. Et ad mentem.* — «Mens est quod, si fieri potest, in proprio horto domui adnexo, deputetur aliquod parvum terrae spatium, ad sepelienda membra catholicorum amputata, postquam fuerit benedictum».

Feria vero VI die 6 ejusdem mensis et anni, in solita audientia R. P. D. Adsessori S. O. impertita, facta de his omnibus SSmo D. N. Leoni Div. Prov. Pp. XIII relatione, SSmus resolutionem EEmorum Patrum adprobavit.

I. C. Mancini, *S. R. et U. Inquis. Not.*

---

III

**Quid veniat sub dictione *per modum potus*, adhibita in dispensationibus circa jejunium naturale**

*Beatissime Pater:*

N. N., ad pedes S. V. provolutus humiliter exponit quod ob chronicum morbum jam obtinuit facultatem sumendi aliquid *per modum potus* ante Communionem. Quum

Universidad Pontificia de Salamanca

autem notabiliter fuerit aggravatus morbus, nec satis ei sint potiones consuetae, S. V. deprecatur ut concedatur facultas sumendi etiam ad sustentationem aliquid solidi cibi.

*Feria III, loco IV, die 7 Sep. 1897.*

In Congregatione Generali S. R. et U. Inquisitionis habita ab EEmmis. et RRmis. DD. Cardinalibus in rebus fidei et morum Generalibus Inquisitoribus, propositis suprascriptis precibus, praehabitoque RR. DD. Consultorum voto, iidem EEmi. ac RRmi. Patres rescribendum mandarunt:

*Respondeatur ad mentem, ut in Abellinem. 4 Junii 1893.* Mens est ut quando dicitur *per modum potus*, significatur etiam quod permittitur usus jusculi, caffei, aliorumque ciborum liquidorum, cum quibus misceri potest aliqua substantia, uti v. gr. condita farina, friatus panis, dummodo dicta mixtio non ammittat naturam cibi liquidi.

Feria vero VI, die 10 ejusdem mensis et anni, in solita audientia R. P. D. Adsessori S. O. impertita, facta de his omnibus SSmo. D. N. Leoni Div. Prov. Pp. XIII relatione, SSmus. resolutionem Emmorum. Patrum adprobavit.

I. C. MANCINI, *S. R. et U. Inquis. Not.*

---

## IV

**Facultas concessa Epis dispensandi super lege jejunii et abstinentiae in diebus majoris solemnitatis, non valet pro feriis sextis et sabbatis intra Adventum, jejunio consecratis.**

*Beatissime Pater:*

Per Decretum S. R. et U. Inquisitionis diei 5 Decem-

Universidad Pontificia de Salamanca

bris 1894 (1), Sanctitas Vestra locorum Ordinariis concessit facultatem anticipandi atque ob gravissimas causas dispensandi super lege jejunii et abstinentiae, quando festum sub utroque praecepto servandum Patroni principalis aut Titularis Ecclesiae inciderit in ferias sextas aut sabbata per annum, excepto tempore Quadragesimae, diebus Quatour Temporum et Vigiliis per annum jejunio consecratis.

Jam vero in Hispania, per Decretum S. R. C. diei 2 Maji 1867 nonnullae vigiliae jejunio consecratae per annum abrogatae fuerunt et jejunium translatum in singulas ferias sextas et sabbata Sacri Adventus. Quare infrascriptus Archiepiscopus Compostellanus humillime petit ut Sanctitas Vestra declarare dignetur utrum Ordinarii, vi Decreti 5 Decembris 1894, anticipare possint, vel etiam ob gravissimas causas dispensare a lege jejunii et abstinentiae in Feriis sextie et Sabbatis Adventus.

*Feria* IV, *die 15 Decembris 1897.*

In Congregatione generali S. R. et U. Inquisitionis habita ab EEmis. et RRmis. DD. Cardinalibus in rebus fidei et morum Inquisitoribus Generalibus, proposito suprascripto dubio, praehabitoque RR. DD. Consultorum voto, iidem EEmmi. ac RRmi. Patres rescribendum mandarunt:

*Negative.*

Subsequenti vero Feria VI, die 17 ejusdem mensis et anni, in solita audientia R. P. D. Adsessori impertita, facta de his omnibus SSmo. D. N. Leoni Div. Prov. Pp. XIII relatione, SSmus. resolutionem EEmorum. Patrum adprobavit.

I. C. MANCINI, *S. R. et U. Inquis. Not.*

---

(1) Cfr. *Anal. Eccl.*, vol. III, p. 56.

Universidad Pontificia de Salamanca.

# COLLATIO MORALIS PRO MENSE JUNII

## QUÆSTIO DOCTRINALIS

Utrum sit licitum in bellis uti insidiis? D. Th. 2 2,ᵃᵉ, q. XL, a. 3.

## CASUS CONSTIENTIÆ

Egidius, ephemeridem nominatim prohibitam ab Episcopo legit ac retinet, judicans id tuto facere posse eo quod facultatem libros prohibitos legendi habeat a S. Congr. Indicis concessam: cupiens etiam legere librum prohibitum sub clausula «donec corrigatur», a confessario petit ut ei adsignet paginas omittendas, et demum ipse librum in lucem edit nihil contra fidem et mores adversantem, sed absque proprii Ordinarii licentia.

Quaeritur. Quomodo judicandus Egidius in diversis casibus propositis?

## DE RE LITURGICA

Quando et pro quibus dicitur secunda missa, tertia et quarta defunctorum? In quibus Ecclesiis celebratur quarta missa die prima mensis non impedita et Feria 2.ª hebdomadae? Dum celebratur infra annum solemniter pro omnibus defunctis dicuntur plures orationes vel una tantum?

# SUBSCRIPCIÓN NACIONAL

PARA EL FOMENTO DE LA MARINA Y GASTOS GENERALES DE LA GUERRA (1)

## JUNTA CENTRAL

### CIRCULAR

«EXCMO. SEÑOR: Como contestación á varias consultas

(1) Como complemento á las Instrucciones publicadas en el BOLETÍN ECLESIÁSTICO, correspondiente al 2 de Mayo último, transcribimos la presente circular del *Boletín Oficial* de la provincia, de fecha 25 del predicho mes de Mayo.

Universidad Pontificia de Salamanca

hechas por algunas Juntas auxiliares de provincia, sobre interpretación de las instrucciones que se les tienen comunicadas con fecha 27 de Abril último, esta Central ha acordado lo siguiente:

1.° Que tanto las Juntas provinciales como las municipales, al igual de lo establecido por esta Central, interesen del elemento oficial, sin desatender sus obligaciones, ó de los particulares que, llevados de su acendrado patriotismo, se presten á ello, coadyuven con su trabajo personal á auxiliar el delicado cometido que las está encomendado.

2.° Lo gastos de escritorio, impresos, etc., se procurará obtenerlos por medio de donaciones de los industriales ó particulares, y si, lo que no es de esperar, faltara el concurso de éstos, se sufragarán de lo consignado para material de los Gobiernos civil y militar ó de las Corporaciones provincial ó municipal.

3.° Las instrucciones que se den por esta Central y las relaciones nominales de los donantes, así de la capital como de los pueblos de la provincia, se publicarán en el *Boletín Oficial* respectivo, gestionando á la vez su inserción en los periódicos locales.

4.° Se encarece á las auxiliares provinciales la mayor regularidad en el envío á esta Central de las relaciones nominales que se interesaron en el apartado 6.° de las citadas instrucciones de 27 de Abril último, pudiendo suprimir el oficio de remisión como medida económica y para facilitar el servicio, y

5.° Toda la correspondencia para esta Junta Central, deberá dirigirse al Ministerio de Hacienda, que es donde se hallan establecidas sus oficinas á nombre del Excelentísimo Sr. Presidente de la misma.

Universidad Pontificia de Salamanca

Madrid 13 de Mayo de 1898.—*El Secretario*, MIGUEL GOYA.

*Excmo. Sr. Presidente de la Junta auxiliar de la provincia de Salamanca.*

# BIBLIOGRAFÍA

Sumario del último número de *La Basílica Teresiana*, correspondiente al 15 de Mayo de 1898:

I. *La primera piedra*, J. D. B.—II. *¿Santa Teresa de Jesús, es Doctora de la Iglesia?*, F. G. E.—III. *La casa de Santa Teresa, monumento nacional*, Francisco Jarrín.—IV. *Las penas del alma consuela Teresa*, poesía del Conde de Cheste.—V. *Santa Teresa de Jesús y la medicina*, A. M. de S. T.—VI. *Grandezas y excelencias de San José*, por José de Guzmán el Bueno y Padilla.—VII. *La vuelta de las golondrinas*, Mariano Domínguez Berrueta.—VIII. *La Cruz de Mayo*, X.—IX. *Crónica*.—X. *Donativos para las obras de la Basílica*.

GRABADOS.—Avila: «La Santa».—Alba: Colocación de la primera piedra de la Basílica teresiana; al comenzar la solemne ceremonia.—Avila: Cipreses plantados por la Santa en el convento de la Encarnación.

# NECROLOGÍA

En 6 de Abril de 1898 falleció el presbítero D. Angel Franco, ecónomo que fué de Pinedas, en esta diócesis; y en 22 del actual, D. Andrés Calderón, Canónigo de Ciudad-Rodrigo. Ambos pertenecían á la Hermandad de Sufragios Espirituales del Clero de la diócesis.

Los Sres. Socios aplicarán una misa y tres responsos en sufragio del alma de dichos señores.—R. I. P. A.

SALAMANCA.—Imp. de Calatrava, á cargo de L. Rodríguez.—Teléfono 17

Universidad Pontificia de Salamanca